

Anzeigebblatt

für die

Erzdiözese Freiburg.

Nr 17

Freiburg, 15. Mai

1929



Rundschreiben des Hl. Vaters Pius XI.

über die

dem heiligsten Herzen Jesu schuldige Sühne.

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS, ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Miserentissimus Redemptor noster cum in ligno Crucis salutem humano generi peperisset, ante quam de hoc mundo ad Patrem adscenderet, anxios ut consolaretur apostolos discipulosque suos: »Ecce — inquit — ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi«. Vox quidem ista, sane periuicunda, omnis est spei effectrix ac securitatis; eademque, Venerabiles Fratres, facile Nobis succurrit, quotiescumque de editiore hac quasi specula et universam hominum societatem tantis malis miserisue

An die ehrwürdigen Mitbrüder die Patriarchen, Primaten, Erzbischöfe, Bischöfe, sowie an die sonstigen Ortsordinarien, die Frieden und Gemeinschaft mit dem Apostolischen Stuhle halten.

Papst Pius XI.

Ehrwürdige Mitbrüder,
Gruß und Apostolischen Segen!

Nachdem unser erbarmungsvoller Erlöser am Kreuzesholze der Menschheit das Heil erworben hatte, wollte er vor seinem Abschied und vor der Auffahrt zu seinem Vater seine Apostel und Jünger in ihrer ängstlichen Verwirrung trösten. Darum sagte er ihnen: »Seht, ich bin bei euch alle Tage bis zu der Weltvollendung«. Ein Wort, wahrlich voll seelischer Erquickung, der Quell aller Hoffnung und Beruhigung. Es kommt Uns, ehrwürdige Mitbrüder, gern in den Sinn, sooft Wir von dieser Hochwarte aus Umschau halten über die gesamte

laborantem et Ecclesiam ipsam, oppugnationibus sine ulla mora pressam insidiisque, circumspicimus. Divina enim eiusmodi promissio, quemadmodum initio iacentes apostolorum erexit animos erectosque ad evangelicae doctrinae semina per orbem terrarum iacienda incendit atque inflammavit, ita Ecclesiam deinceps adversus portas inferi aluit ad victoriam. Aduit profecto Dominus Iesus Christus nullo non tempore Ecclesiae suae; at praesentiore tamen auxilio praesidioque tum adfuit, cum ea gravioribus periculis incommodisve conflictata est, suppeditante scilicet remedia, ad temporum rerumque condicionem apta admodum, divinâ illâ Sapientiâ, quae »attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter«. Sed ne recentiore quidem aetate »abbreviata est manus Domini«, praesertim cum error irrepsit et satis late propagatus est, unde metuumendum fuit, ne hominibus ab Dei amore ac consuetudine prohibitis christianae vitae fontes quodammodo arescerent. Quae vero, cum sese Mariae Margaritae Alacoque conspiciendum dedit, amantissimus Iesus conquestus est, quae praeterea ab hominibus, in ipsorum demum profectum, exspectare se ac velle significavit, ea cum alii e populo fortasse adhuc ignorent, neglegant alii, placet, Venerabiles Fratres, de honestae, quae dicitur, satisfactionis officio, quo erga Cor Iesu Sacratissimum obstringimur, affari vos aliquantulum, hac quidem mente, ut gregem quisque vestrum, quicquid vobiscum communicaverimus, studiose doceatis atque ad exsequendum excitetis.

Inter cetera infinitae Redemptoris nostri benignitatis documenta, illud potissimum elucet, quod, deferrescente christifidelium caritate, ipsa Dei caritas ad honorandum peculiari cultu proposita est eiusque bonitatis divitiae late patefactae sunt per eam religionis formam qua Sacratissimum Cor Iesu colitur, »in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi«. Nam, ut quondam humanae genti e Noëtica arca exeunti amici foederis signum illucescere Deus voluit, »arcum apparentem in nubibus«, sic turbulentissimis recentioris aevi temporibus, cum vaferrima omnium

menschliche Gesellschaft mit all ihrer drückenden Last von Leid und Elend; Umschau auch halten über die Kirche, die unter dem Druck von Angriffen und Anfeindungen ohne Unterlaß schwer leidet. Jene göttliche Verheißung hat das anfangs niedergebeugte Gemüt der Apostel aufgerichtet und sie entflammt und glühend begeistert, das Samenkorn der Lehre des Evangeliums in der ganzen weiten Welt auszustreuen. Auch im Laufe der folgenden Jahrhunderte hat dieses Gotteswort der Kirche Kraft gegeben zum Siege wider die Pforten der Hölle. Gewiß: Jesus Christus, der Herr, war jederzeit bei seiner Kirche. Aber umso kräftiger und wirksamer war sein Beistand und Schutz, je schwerer die Not und Gefahr war, unter der die Kirche litt; Gottes Weisheit ließ eben jeweils die der Zeit und den Verhältnissen entsprechenden Hilfsmittel, jene Weisheit, die »von einem Ende bis zum anderen sich erstreckt voller Kraft, und so das All aufs beste durchwaltet«. Doch auch in neuerer Zeit ist »des Herren Arm nicht kürzer geworden«. Zumal, wenn Irrlehre sich einschlich und weithin verbreitete, so daß zu befürchten stand, es möchte den vom liebevollen Verkehr mit Gott ferngehaltenen Menschen der Brunnquell christlichen Lebens versiegen. — Worüber sich unser liebevoller Erlöser in den der hl. Maria Margareta Alacoque gewährten Erscheinungen beklagte und was er da von den Menschen zu deren eigenem sittlichen Gewinn erwartete und wünschte, das wird im christlichen Volke von den einen vielleicht nicht recht gekannt, von den andern nicht gebührend beachtet. Darum möchten Wir Euch, ehrwürdige Mitbrüder, einige Worte über die Pflicht einer würdigen Genugtuung sagen, die wir dem heiligsten Herzen Jesu schuldig sind. Unsere Absicht ist dabei die: jeder von Euch möge seiner Herde unsere Darlegungen gewissenhaft weitergeben und zu deren Befolgung Mut machen.

Unter allen Erweisen der unendlichen Güte unseres Erlösers fällt die Tatsache am strahlendsten ins Auge, daß, beim Erkalten der Gottesliebe unter den Christgläubigen, die Liebe Gottes selbst sich zum Gegenstand feierlicher Andacht darbot und der Reichtum der Liebe Christi sich weit aufschloß in der Verehrung des heiligsten Herzens Jesu, »in dem der Weisheit und des Wissens Schätze all verborgen liegen«. Als einstens die Menschen die Arche Noes verließen, wollte Gott ihnen ein leuchtendes Zeichen des Freundschaftsbundes geben, »den in den Wolken erscheinenden

serperet haeresis illa ianseniana, amoris in Deum pietatisque inimica, quae Deum non tam diligendum ut patrem quam extimescendum ut implacabilem iudicem praedicabat, benignissimus Iesus Cor suum Sacratissimum, quasi pacis et caritatis vexillum, elatum gentibus ostendit, haud dubiam portendens in certamine victoriam. Siquidem apposite f. r. decessor Noster Leo XIII. in Litteris Encyclicis »Annum Sacrum«, tantam cultus Sacratissimi Cordis Iesu opportunitatem admiratus, edicere non dubitavit: »Cum Ecclesia per proxima originibus tempora caesareo iugo premeretur, conspecta sublimi adolescenti imperatori crux amplissimae victoriae, quae mox est consecuta, auspex simul atque effectrix. En alterum hodie oblatum oculis auspiciatissimum divinissimumque signum: videlicet Cor Iesu Sacratissimum, superimposita cruce, splendidissimo candore inter flammam elucens. In eo omnes collocandae spes; ex eo hominum petenda atque expectanda salus«.

Ac iure id quidem, Venerabiles Fratres; in illo enim auspiciatissimo signo atque in ea, quae exinde consequitur, pietatis forma nonne totius religionis summa atque adeo perfectioris vitae norma continetur, quippe quae et ad Christum Dominum penitus cognoscendum mentes conducatur expeditius et ad eundem vehementius diligendum pressiusque imitandum animos inflectat efficacius? Nemo igitur miretur, hanc probatissimam religionis formam decessores Nostros continenter et a calumniatorum criminationibus vindicasse et summis laudibus extulisse et vehementi provexisse studio, prout temporum rerumque rationes postularent. Dei autem adspirante numine factum est ut pia christifidelium erga Sacratissimum Cor Iesu voluntas maiora in dies incrementa caperet; hinc pia illae passim excitatae sodalitates divini Cordis cultui promovendo: hinc consuetudo illa sacrae Synaxis, ad Christi Iesu optatum prima cuiusque mensis feria sexta suscipiendae, quae quidem consuetudo passim hodie obtinet.

At certe inter cetera illa, quae proprie ad Sacratissimi Cordis cultum pertinent, pia eminent ac memoranda est consecratio, qua, nos nostraque omnia aeternae Numinis caritati accepta referentes, divino Iesu Cordi devovemus. Eiusmodi autem devotionis officium,

Bogen“. So ging es auch in den stürmischen Wirren der neueren Zeit. Damals schlich die jansenistische Irrlehre umher, die allerschlimmste Feindin von Gottesliebe und echter Frömmigkeit. Sie predigte, Gott sei weniger zu lieben wie ein Vater, denn vielmehr ängstlich zu fürchten als unversöhnlicher Richter. In diesen Zeitläuften hat Jesus in seiner Güte alsdann sein heiligstes Herz wie ein Banner des Friedens und der Liebe hoch erhoben und der Welt gezeigt und damit sichern Sieg im Kampfe gekündet. So mochte denn Unser hochseliger Vorgänger Leo XIII., voll Staunen über den Wert der Herz-Jesu-Andacht für unsere Zeit, in dem Rundschreiben „Annum sacrum“ das schöne Wort offen wagen: „Als die Kirche in ihren Ursprüngen unter dem Joch der Cäsaren gedrückt wurde, erschien dem jungen Kaiser das hoch am Himmel ragende Kreuz als Bote und Bringer des bald kommenden glänzenden Sieges. Sehet, heute steht vor unserem Auge wiederum ein glückverheißendes göttliches Zeichen: das heiligste Herz Jesu, von einem Kreuze überragt, in lichter Flammenranze erstrahlend. Auf dieses sollen wir all unsere Hoffnung setzen, von ihm der Menschen Heil erbitten und erwarten“.

Mit Recht, ehrwürdige Mitbrüder. Ist denn nicht in jenem glückverheißenden Zeichen und in der daraus hervorkommenden Andachtsübung der ganze Gehalt von Gottesverehrung und damit auch die Richtschnur vollkommenen Lebens gegeben? Diese Andachtsübung führt ja den Sinn leichter dazu, Christum den Herrn tief zu verstehen, und rührt das Herz mit größerem Erfolge dazu, ihn stärker zu lieben und ihn seiner nachzubilden. Darum wundere sich doch niemand, wenn unsere Vorgänger diese bewährte Andachtsübung ständig gegen verleumderische Ankläger schützten, sie hoch priesen und tatkräftig förderten, wie Zeit und Umstände jeweils es erheischten. Gottes Walten und Wirken hat es gefügt, daß der fromme Sinn der Christgläubigen gegen das heiligste Herz Jesu von Tag zu Tag wuchs. Daher jene allenthalben aufblühenden frommen Vereinigungen zu Ehren des göttlichen Herzens; daher der schöne Brauch, als Antwort auf das Sehnen Jesu Christi an den ersten Monatsfreitagen das heilige Liebesmahl zu empfangen, ein Brauch, der heute allerorten aufkommt.

Unter allen der Herz-Jesu-Andacht eigenen Übungen ragt für Auge und Gemüt hervor unsere gläubig fromme Weihe des eigenen Selbst und aller Habe an das göttliche Herz Jesu als Entgelt für Gottes ewige Liebe.

cum, quantum averet sibi ab hominibus reddi, non tam iure suo quam immensa in nos caritate permotus, Salvator Noster innocentissimam Cordis sui discipulam Margaritam Mariam docuisset, ipsamet, cum suo pietatis magistro Claudio de la Colombière, prima omnium praestitit; secuti sunt, procedente tempore, singuli homines, deinde privatae familiae, et con-sociationes, denique vel ipsi magistratus, civitates et regna. Quoniam autem, superiore aetate atque hac ipsa nostra, impiorum hominum machinationibus huc deventum est, ut detrectatum Christi Domini imperium bellumque in Ecclesiam publice commotum sit, latis legibus scitisque populorum promotis iuri divino ac naturali repugnantibus, immo vel comitiis habitis conclamantium: »Nolumus hunc regnare super nos«: ex ea profecto consecratione, quam diximus, una omnium vox veluti erumpebat atque ex adverso opponebatur acerrime clientum Sacratissimi Cordis ad vindicandam eius gloriam et asserenda eius iura: »Oportet Christum regnare: Adveniat regnum tuum«. Ex quo tandem factum feliciter, ut universitas ipsa generis humani, quam Christus, in quo uno instaurantur omnia, nativo iure possidet suam, huius saeculi initio eidem Cordi Sacratissimo a f. r. decessore Nostro Leone XIII, christiano orbe plaudente, dedicaretur.

Haec vero tam fausta tamque iucunda incepta, quemadmodum Litteris Nostris Encyclicis »Quas primas« docuimus, diuturnis optatis votisque quamplurimis Episcoporum et fidelium concedentes, Nosmet ipsi, Deo dante, tandem complevimus ac perfecimus cum, piaculari anno exeunte, Christi universorum Regis festum instituimus, sollemniter toto christiano orbe concelebrandum. Quod cum faceremus, non modo summum illud quod Christus obtinet in rerum universitatem, in societatem et civilem et domesticam, in singulos homines imperium in luce collocavimus, sed etiam gaudia iam tum illius diei praecepimus auspiciatissimi, quo die omnis orbis libens volensque Christi Regis suavissimae dominationi parebit. Qua de causa tum simul ediximus, ut per constituti illius diei festi occasionem haec eadem consecratio renovaretur quotannis, ad eiusdem fructum consecrationis certius uberiusque consequendum et ad populos omnes in Corde Regis regum et Domini dominantium christiana caritate et pacis conciliatione copulandos.

Wie sehr unser Heiland diese Hingabe von den Menschen wünschte — nicht auf Grund seines Rechtes, sondern aus unermesslicher Liebe zu uns —, das hat er die unschuldige Jüngerin seines Herzens, Margarete Maria, gelehrt; sie hat mit ihrem Seelenführer Claude de la Colombière zuallererst diesen Dienst ihm geleistet. Im weiteren Laufe der Zeit folgten zunächst Einzelpersonen, weiterhin Familien und Vereinigungen, schließlich gar Behörden, Städte, Staaten. Früher und auch heutzutage ist es durch Schliche und Ränke des Unglaubens weit gekommen: Man schmälerte Christo dem Herrn sein Königtum. Offen zettelte man Krieg an gegen die Kirche. Man brachte Gesetze ein und drückte Volksbeschlüsse durch, die göttlichem und natürlichem Rechte widerstreiten. Ja man hielt Tagungen ab unter dem Feldgeschrei: »Den wollen wir zu unserem Könige nicht haben«. Aber da brach in Kraft der Weihe, von der Wir sprechen, ein einziges Rufen los: — des heiligsten Herzens Gefolgschaft lehnte sich leidenschaftlich auf, um Christo seinen Ruhm zu sichern und seine Rechte zu behaupten — »Christus soll König sein; es komme dein Reich«. Das führte schließlich zu einer glücklichen Tat Unseres hochseligen Vorgängers Leo XIII. Die ganze Menschheit, die Christus, dem Mittelpunkt der Welt, kraft angeborenen Rechtes zu eigen ist, hat Er zu Beginn dieses Jahrhunderts unter dem Jubel der Christenheit dem heiligsten Herzen geweiht.

Wie Wir in Unserem Rundschreiben »Quas primas« darlegten, haben Wir auf das ständige Wünschen und Verlangen sehr vieler Bischöfe und Gläubigen hin diese glückliche und liebe Tat durch Gottes Gnade zum Abschluß und zur Vollendung bringen können, indem Wir beim Ausgange des Sühnejahres das Fest Christi des Königs der Welt für die ganze Christenheit feierlich einsetzten. Als Wir das taten, haben Wir die Königsherrschaft Christi über das Weltall, über die staatliche und häusliche Gemeinschaft und über die Einzelpersonen ins Licht gerückt. Wir haben dabei jetzt schon die Freuden jenes segensvollen Tages vorweggenommen, an dem sich der gesamte Erdkreis froh und frei unter Christi milder Königsgewalt beugt. Deshalb verordneten Wir damals gleichzeitig, daß bei diesem neuen Feste eine solche Weihe jährlich erneuert werde, um aus ihr sicherer und reicher Frucht zu gewinnen, und um alle Völker im Herzen des Königs der Könige und des Herren der Herrscher mit christlicher Liebe und friedlicher Veröhnung aneinanderzubinden.

Verum officiis hisce omnibus, praesertim tam frugiferae consecrationi, per sacram Christi Regis sollemnitatem veluti confirmatae, aliud accedat oportet, de quo vobiscum, Venerabiles Fratres, paulo fusius in praesenti colloqui libet: honestae satisfactionis, inquit, seu reparationis, quam dicunt, officium Sacratissimo Cordi Iesu praestandum. Nam, si illud est in consecratione primum ac praecipuum ut amoris Creatoris creaturae amor rependatur, alterum sponte hinc sequitur, ut eidem increato Amori, si quando aut oblivione neglectus, aut offensa violatus sit, illatae quoquo modo iniuriae compensari debeant: quod quidem debitum reparationem vulgato nomine vocamus.

Quodsi ad utramque rem iisdem prorsus rationibus impellimur, reparandi tamen expiandique officio ob validiorem quendam iustitiae et amoris titulum tenemur: iustitiae quidem, ut irrogata Deo nostris flagitiis expietur offensa et violatus ordo paenitentia redintegretur; amoris vero, ut Christo patienti ac »saturato opprobriis compatiamur« eique nonnihil solacii pro tenuitate nostra afferamus. Peccatores enim cum simus omnes multisque onerati culpae, non eo solo cultu Deus noster nobis est honorandus, quo vel eius summam Maiestatem debitis obsequiis adoremus, vel eius supremum dominium precando agnoscamus, vel eius infinitam largitatem gratiarum actionibus laudemus; sed praeterea Deo iusto vindici satisfaciamus oportet »pro innumerabilibus peccatis et offensionibus et negligentis« nostris. Consecrationi igitur, qua Deo devovemur et sancti Deo vocamur, ea sanctitate ac firmitate quae, ut docet Angelicus, consecrationis est propria, addenda est expiatio, qua penitus peccata extinguantur, ne forte indignitatem nostram impudentem reverberet summae iustitiae sanctitas munusque nostrum potius arceat invisum quam gratum suscipiat.

Hoc autem expiationis officium humano generi universo incumbit, quippe quod, ut christiana docemur fide, post Adae miserandum casum, hereditaria labe infectum, concupiscentiis obnoxium et miserrime depravatum, in perniciem detrudendum fuisset sempiternam. Id quidem superbi hac nostra aetate sapientes, veterem Pelagii errorem secuti, inficiantur, nativam

Zu all diesen Diensten, besonders auch zu jener mit soviel Seelenfrucht gesegneten Weihe, wie sie das feierliche Königsfest geradezu verbürgt hat, [muß aber noch etwas hinzutreten. Und darüber möchten Wir, ehrwürdige Mitbrüder, etwas ausführlicher mit Euch reden. Wir denken an die Dienstespflicht gerechter Genugtuung oder Sühne, die dem heiligsten Herzen Jesu zu leisten ist. Gewiß, bei der Weihe kommt es darauf zuerst und vorzüglich an, daß man als Geschöpf dem Schöpfer Liebe mit Liebe vergilt. Daraus folgt aber von selbst ein Zweites. Sollte etwa einmal Vergessenheit die unerschaffene Liebe vernachlässigt oder Frevel sie verletzt haben: das so oder so zugefügte Unrecht muß ausgeglichen werden. Ein „Muß“, für das der landläufige Ausdruck eben „Sühne“ heißt.

Zu beiden, zu Gegenliebe und Sühneleistung, drängen uns ganz die gleichen Gedanken. Aber zu letzterer verpflichtet uns ein viel stärkerer Rechts- und Liebesgrund. Ein Rechtsgrund: Die Gott durch unsere Missetaten zugefügten Frevel müssen gesühnt, die gestörte Ordnung muß durch Buße wiederhergestellt werden. Ein Liebesgrund: Wir wollen mit dem Leidenden und „Schmachgefättigten“ Christus „Mitleid hegen“ und ihn nach unsern schwachen Kräften ein wenig trösten. Wir sind ja alle Sünder und mit vieler Schuld beladen. Freilich müssen wir seiner höchsten Majestät anbetend huldigen, seine Oberherrschaft betend anerkennen, seine unendliche Freigebigkeit dankend preisen. Aber mit einer solchen Gott erwiesenen Verehrung ist es nicht getan. Als dem gerechten Richter müssen wir Gott auch Genugtuung leisten „für unsere ungezählten Sünden, Fehler und Nachlässigkeiten“. Mit der Weihe werden wir Gott geopfert und heißen wir „Gottgeweihte“ — Heiligkeit und Beharrlichkeit gehören ja nach der Lehre des hl. Thomas von Aquin zur Eigenart der Weihe. Zu ihr muß die Sühne hinzukommen, die unsere Sünden völlig ausstilt, sonst könnte der in seiner Gerechtigkeit Allheilige unsere empörende Frechheit abprallen lassen und unsere Gabe als etwas ihm Unerwünschtes abweisen, statt sie gnädig anzunehmen.

Diese Sühnepflicht aber obliegt der ganzen Menschheit. Denn, so lehrt uns der katholische Glaube, seit dem beklagenswerten Sündenfall Adams ist die ganze Menschheit von Erbschuld vergiftet, böser Begierlichkeit anheimgefallen und kläglich verschlechtert. Sie hätte in ewiges Elend hineinverstoßen werden müssen.

quandam virtutem humanae naturae iactantes quae suapte vi ad altiora usque progrediatur; sed falsa haec humanae superbiae commenta reicit Apostolus, illud nos admonens: »natura eramus filii irae«. Et sane iam ab initio communis illius expiationis debitum quasi agnovere homines et Deo sacrificiis vel publicis placando, naturali quodam sensu ducti, operam dare coeperunt.

At nulla creata vis hominum sceleribus expiandis erat satis, nisi humanam naturam Dei Filius reparandam assumpsisset. Quod quidem ipse hominum Salvator sacri Psaltis ore nuntiavit: »Hostiam et oblationem noluit, corpus autem aptasti mihi; holocausta pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi: Ecce venio«. Et reapse »vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit; vulneratus est propter iniquitates nostras« et »peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum... delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quo erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio affigens illud cruci... ut peccatis mortui iustitiae vivamus«.

Quamquam vero copiosa Christi redemptio abunde nobis »omnia delicta donavit«, ob miram tamen illam divinae Sapientiae dispensationem, qua in carne nostra adimplenda sunt quae desunt passionum Christi pro corpore eius quod est Ecclesia, etiam laudibus et satisfactionibus, »quas Christus in nomine peccatorum Deo persolvit« nostras quoque laudes et satisfactiones adiacere possumus, immo etiam debemus. At semper meminerimus oportet, totam expiationis virtutem ab uno Christi cruento sacrificio pendere, quod sine temporis intermissione in nostris altaribus incruento modo renovatur, siquidem »una eademque est Hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa«; quamobrem cum hoc augustissimo Eucharistico sacrificio et ministrorum et aliorum fidelium immolatio coniungi debet ut ipsi quoque »hostias viventes, sanctas, Deo placentes« sese exhibeant. Quin immo S. Cyprianus affirmare non dubitat »sacrificium dominicum legitima sanctificatione non celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni«. Quapropter nos monet

Stolze Geister unserer Tage wollen das zwar nicht anerkennen. Sie nehmen den alten Irrtum des Pelagius wieder auf und machen viel Rühmens von einer angeborenen Anlage der Menschennatur, so daß sie sich aus eigener Kraft immer höher hinauf entwickle. Doch die falschen Meinungen menschlichen Stolzes weist der Apostel zurück, indem er uns daran erinnert, daß wir »von Natur Kinder des Zornes« waren. In Wirklichkeit haben schon von Anfang an die Menschen jene allgemeine Sühnepflicht in etwa anerkannt und, durch eine Art von natürlichem Gefühl veranlaßt, Gott durch Opfer, ja durch öffentliche Opfer verzeihen wollen.

Aber keine geschaffene Kraft reichte aus, die Sünden der Menschheit zu sühnen, hätte nicht Gottes Sohn zur Sühne die menschliche Natur angenommen. Das hat der Menschenheiland selbst durch den Mund des heiligen Sängers verkündet: »Du wolltest keine Opfer und auch keine Gaben; so schufest du mir einen Leib. An Brand- und Sündopfern hast du kein Gefallen. Da sprach ich: Sieh, ich komme.« In der Tat: »Unsere Leiden hat er getragen, und unsere Schmerzen hat er auf sich genommen... er ward durchbohrt wegen unserer Sünden«. Und »er trug an seinem Leibe unsere Sünden selber auf das Holz...; den gegen uns gerichteten Schuldschein, der uns belastete, setzte er außer Kraft und löschte ihn, indem er ihn ans Kreuz heftete...; der Sünde abgestorben, sollen wir der Gerechtigkeit nun leben«.

Gewiß, die überreiche Erlösung Christi hat uns »alle Missetaten gnädiglich vergeben«. Indes, so fügte es wunderbar die göttliche Weisheit, was an den Leiden Christi noch fehlt, sollen wir in unserem Fleische ersetzen zu Gunsten seines Leibes, d. h. der Kirche. Darum können, ja sollen wir zu den Lobpreisungen und Genugtuungen, die »Christus namens der Sünder Gott darbringt«, unser eigenes Lob und Genugtum hinzufügen. Stets aber müssen wir dabei dessen eingedenk sein, daß alle Sühnekraft einzig vom blutigen Opfer Christi abhängt, das ohne Unterlaß auf unseren Altären in unblutiger Weise erneuert wird. Denn »es ist eine und dieselbe Opfergabe, ein und derselbe, der jetzt durch den Dienst der Priester opfert, der sich damals selbst am Kreuze opferte; nur die Art des Opfern ist verschieden«. Deshalb soll sich mit diesem hehren eucharistischen Opfer das Opfern der Priester und das der andern Christgläubigen verbinden; denn auch sie müssen sich »als ein lebendiges, heiliges und Gott gefälliges Opfer« Gott dar-

Apostolus, ut »mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes«, atque cum Christo consepulti et complantati similitudini mortis eius, non modo carnem nostram crucifigamus cum vitiis et concupiscentiis, »fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem«; sed »et vita Iesu manifestetur in corporibus nostris« et, aeterni eius sacerdotii participes effecti, offeramus »dona et sacrificia pro peccatis«. Neque enim arcani huius sacerdotii et satisfaciendi sacrificandique muneris participatione ii soli fruuntur, quibus Pontifex noster Christus Iesus ministris utitur ad oblationem mundam divino Nomini ab ortu solis usque ad occasum omni loco offerendam, sed etiam christianorum gens universa, ab apostolorum Principe »genus electum, regale sacerdotium« iure appellata, debet cum pro se, tum pro toto humano genere offerre pro peccatis, haud aliter propemodum quam sacerdos omnis ac pontifex »ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum«.

Quo autem perfectius oblatio nostra nostrumque sacrificium sacrificio dominico responderit, idest amorem nostri cupiditatesque nostras immolaverimus et carnem crucifixerimus crucifixione ea mystica, de qua loquitur Apostolus, eo uberiores propitiationis atque expiationis pro nobis aliisque percipiemus fructus. Mirifica enim viget fidelium omnium cum Christo necessitudo, qualis inter caput et cetera corporis membra intercedit, itemque arcanâ illâ, quam fide catholica profitemur, Sanctorum communione, cum singuli homines tum populi non modo coniunguntur inter se, sed etiam cum eodem »qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis sui facit in aedificationem sui in caritate«. Quod quidem Mediator ipse Dei et hominum Christus Iesus, morti proximus, a Patre postularat: »Ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum«.

bringen. Ja der hl. Cyprian trägt kein Bedenken zu behaupten, »das Opfer des Herrn werde nicht in rechtmäßiger Weihung gefeiert, wenn unser Schenken und Opfern nicht dem Leiden entspreche«. Darum mahnt der Apostel, daß wir, »Jesu Todesleiden allezeit an unserem Leibe tragend« und, mit ihm begraben und durch ein Sterben, das dem seinen ähnlich ist, in lebendige Verbindung mit ihm gekommen, unser Fleisch kreuzigen mit samt den Leidenschaften und Lüsten, so »entrinnend der Verderbnis, die in der Welt aus böser Luft entspringt«. Es soll aber auch Jesu Leben an unserem Leibe sichtbar werden, und wir sollen, seinem ewigen Priestertum nahe verbunden, »Gaben und Opfer darbringen für die Sünden«. Denn an diesem geheimnisvollen Priestertum und an dieser Verpflichtung genugsutun und zu opfern haben nicht bloß diejenigen Anteil, die unserem Hohenpriester Jesus Christus Diener sein dürfen bei der Darbringung jenes reinen Speiseopfers, das Gott dem Herrn vom Sonnenaufgang bis zum Niedergang an jedem Orte dargeboten wird. Nein, auch das gesamte christliche Volk, vom Apostelfürsten mit Recht bezeichnet als »auserlesenes Geschlecht und königliches Priestertum«, muß für sich und fürs ganze Menschengeschlecht der Sünden wegen Opfer bringen, ganz ähnlich wie jeder Priester und Hohenpriester, der »aus den Menschen genommen wird und für die Menschen aufgestellt wird, für ihre Anliegen bei Gott«.

Je vollkommener aber unsere Gabe und unser Opfer dem Opfer des Herrn entspricht, das heißt, je vollkommener wir unsere Eigenliebe und unsere Begierden opfern und unser Fleisch kreuzigen in jener mystischen Art, von der der Apostel spricht, um so reichere Früchte der Versöhnung und der Sühne werden wir für uns und andere ernten. Alle Gläubigen nämlich bindet an Christus eine wunderfame Verwandtschaft, wie sie zwischen dem Haupt und den andern Gliedern des Leibes besteht. Ebenso werden durch jene geheimnisvolle »Gemeinschaft der Heiligen«, zu der wir uns als gläubige Katholiken bekennen, die einzelnen wie die Völker unter sich und mit dem verbunden, »der das Haupt ist, Christus. Von ihm aus fügt und schließt der ganze Leib sich zusammen — und jedes der Gelenke leistet seinen Dienst dabei —, und jedem Teile ist sein ganz bestimmtes Maß der Arbeit zugemessen, und so vollzieht sich dann des Leibes Wachstum, bis er sich auferbaut in Liebe«.

Quemadmodum igitur unionem cum Christo proficitur ac firmat consecratio, ita expiatio eandem unionem et, culpas detergendo, inchoat et, Christi passiones participando, perficit et, victimas pro fratribus offerendo, consummat. Atque id sane miserentis Iesu consilium fuit, cum Cor nobis suum, insignia passionis praeferens ac flammam amoris ostentans, patere voluit, scilicet ut hinc infinitam peccati malitiam coniectantes, illinc Reparatoris caritatem infinitam admirati, et peccatum vehementius detestaremur et caritati ardentius vicem redderemus.

Et vere expiationis potissimum seu reparationis spiritus primas semper potioresque partes habuit in cultu Sacratissimo Cordi Iesu exhibendo, nihilque eo congruentius origini, indoli, virtuti, industriis quae huic religionis formae sunt propriae, ut rerum memoria et usus, sacra item liturgia atque Summorum Pontificum acta confirmant. Siquidem cum se conspiciendum Margaritae Mariae exhiberet Christus, caritatis suae infinitatem praedicans, simul, maerentis instar, tot tantisque sibi inustas ab ingratis hominibus iniurias in haec verba conquestus est, quae utinam in piorum animis insiderent nullaque unquam oblivione delerentur: »En Cor Illud — inquit — quod tantopere homines amavit beneficiisque omnibus cumulavit, quodque amoris suo infinito non tantum redditam gratiam nullam invenit, at contra oblivionem, neglectum, contumelias, easque ab iis etiam illatas nonnunquam, qui amoris peculiaris debito officioque tenerentur«. Ad quas quidem culpas eluendas cum alia complura, tum haec praesertim sibi gratissima commendavit: ut eadem expiandi mente homines de altari libarent, — quam »Communionem Reparatricem« vocant, — et supplicationes item piacularis ac preces, per solidam horam productas, adhiberent, — quae »Hora Sancta« verissime appellatur; quas quidem pietatis exercitationes non modo Ecclesia probavit, sed etiam copiosis spiritualibus largitionibus locupletavit.

At enim beate regnantem Christum in caelis qui piacularis eiusmodi ritus consolari queant? Scilicet — »da amantem et sentit quod dico« — reponimus, Augustini verbis usi, quae in hunc locum aptissime cadunt.

Dei enim amantissimus quisque, si praeteriti temporis spatium respiciat, videt meditando intueturque

Das hat auch der Mittler zwischen Gott und den Menschen, Christus Jesus, selbst kurz vor dem Tode von seinem Vater erbeten: »In ihnen ich und du in mir, auf daß sie völlig Eins seien«.

Der Weiheakt ist es also, der das Einswerden mit Christo bekundet und bestärkt. Ähnlich die Sühne. Sie leitet jenes Einswerden ein, indem sie die Schuld abwäscht; führt es weiter, indem sie teilnehmen läßt an Christi Leiden; steigert es aufs höchste, indem sie Opfer bringt für Brüder. Das war sicherlich die Absicht des erbarmungsvollen Heilandes, als er uns sein Herz mit sichtbaren Leidensmalen und Liebesflammen erschloß: Wir sollten einmal die unendliche Bosheit der Sünde ahnen und dann die unendliche Liebe des Sühneheilandes anstaunen. Sünde sollten wir tiefer hassen und Liebe heißer wiederlieben.

Tatsächlich nahm der Geist der Sühneleistung immer die erste und schönste Stelle ein in der Verehrung des heiligsten Herzens Jesu. Nichts paßt genauer zu Ursprung, Eigenart, Kraft und Tugendübung dieser Form von Frömmigkeit. Das bestätigen Geschichte und Leben, Liturgie und päpstliche Weisungen. Als Christus der Margareta Maria erschien, offenbarte er ihr die Größe seiner Liebe und klagte wehmütig über viel bitteres, brennendes Unrecht undankbarer Menschen. Möchten doch seine Worte in gläubigen Seelen fest haften bleiben und nie vergessen werden! Er sprach: »Siehe da dieses Herz, das die Menschen so sehr liebte und mit lauter Wohltaten überhäufte. Als Lohn für seine angemessene Liebe widerfuhr ihm Laueheit und Schimpf, und zwar mitunter sogar von Seelen, die eigentlich zum schuldigen Dienst besonderer Liebe gehalten wären«. Um diese Schuld abzutragen, empfahl er unter anderem als seinen Herzenswunsch, im Willen zur Sühne am Tische des Herrn niederzutreten in der sogenannten »Sühnekommunion« und Sühnegänge und -andachten eine volle Stunde hindurch (man nennt sie mit Recht die »Heilige Stunde«) zu halten. Diese frommen Übungen hat die Kirche nicht nur gutgeheißen, sondern auch mit reichen Gnadenschätzen gesegnet.

Aber wie können denn solcherlei Sühneakte Christum in seiner Seligkeit als himmlischen König trösten? Da möchten wir antworten mit dem gut hierhin passenden Worte des hl. Augustinus: »Denk dir einen Liebenden, er versteht, was ich sage«.

Überschaute nämlich einer, der Gott recht von Herzen lieb hat, den geschichtlichen Verlauf der Welt, so sieht er

Christum pro homine laborantem, dolentem, durissima quaeque perpetientem, »propter nos homines et propter nostram salutem« tristitia, angoribus, oppropriis paene confectum, immo »atritum propter scelera nostra« ac suo nos livore sanantem. Atque haec omnia eo verius piorum meditantur animi, quod peccata hominum ac flagitia quovis tempore perpetrata in causa fuerunt cur Dei Filius morti traderetur, eademque nunc etiam mortem ipsam per se essent Christo illatura iisdem cum doloribus maeroribusque coniunctam, quippe singula passionem Domini suo quodam modo renovare censeantur: »Rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei et ostentui habentes«. Quodsi propter peccata quoque nostra, quae futura quidem erant, at praevisa, anima Christi tristis facta est usque ad mortem, haud dubium quin solacii nonnihil iam tum ceperit etiam e nostra, item praevisa, reparatione, cum »apparuit illi Angelus de caelo«, ut Cor eius taedio et angoribus oppressum consolaretur. Atque ita Cor Illud Sacratissimum, quod ingratorum hominum peccatis continenter sauciatur, etiam nunc mira quidem sed vera ratione solari possumus ac debemus, quandoquidem — ut in sacra quoque liturgia legitur — ex ore Psaltis Christus ipse se ab amicis suis derelictum conqueritur: »Improperium expectavit Cor meum et miseriam, et sustinui qui simul contristaretur, et non fuit, et qui consolaretur, et non inveni«.

Accedit quod passio Christi expiatrix renovatur et quodammodo continuatur et adimpletur in corpore suo mystico, quod est Ecclesia. Etenim, ut rursus Sancti Augustini verbis utamur, »passus est Christus quidquid pati debuerat; iam de mensura passionum nihil deest. Ergo impletae sunt passionibus, sed in capite; restabant adhuc Christi passionibus in corpore«. Quod quidem Dominus ipse Iesus declarare dignatus est, cum ad Saulum »adhuc spirantem minarum et caedis in discipulos« loquens: »Ego sum — inquit — Iesus quem tu persequeris«, haud obscure significans, commotis in Ecclesiam insectationibus, ipsum divinum oppugnari ac vexari Ecclesiae Caput. Iure igitur meritoque Christus in corpore suo mystico adhuc patiens nos expiationis suae socios habere exoptat, idque etiam ipsa nostra cum eo necessitudo postulat; nam cum simus »corpus Christi et membra de membro«, quidquid patitur caput, omnia cum eo membra patiantur oportet.

finnenden Gemütes Christum, wie er sich für den Menschen abmüht, Weh leidet, alles Harte trägt, wie er »wegen uns Menschen und wegen unseres Heiles« vor Trauer, Angst und Schimpf fast erdrückt, ja »zermalmt ist wegen unserer Frevel« und durch seine Striemen uns gesund macht. All dies, was ein frommes Gemüt schaut, ist gewißlich wahr. Denn aller Zeiten Menschenfünden und =frevel waren die Ursache für die Hinrichtung des Gottessohnes. Sünden würden Christo heute nochmals einen ebenso schmerzlichen und wehen Tod bringen; jede von ihnen ist, als ob sie das Leiden des Herrn erneuere: »Sie haben, soweit es auf sie ankommt, den Gottessohn aufs neue gekreuzigt und zum Gespötte gemacht«. Unsere Sünden lagen in der Zukunft, waren aber vorausgesehen; auch ihretwegen wurde Christi Seele todtraurig. Unsere Sühne sah er gleichfalls voraus; wer dürfte zweifeln, daß er auch aus ihr sich etwas Trost holte, schon damals, als »vom Himmel ihm ein Engel erschien«, um sein vor Ekel und Angst gedrücktes Herz zu trösten? Tatsächlich können und sollen wir so sein heiliges Herz, das von Sünden des Undanks immerfort verwundet wird, auch jetzt wunderbar und doch wahrhaftig trösten. Wie wir auch in der heiligen Liturgie lesen, klagt ja Christus darüber, daß seine Freunde ihn verlassen haben, mit den Worten des Psalmisten: »Schmach bricht mir das Herz und Jammer; ich hoffe auf Mitleid, vergebens; auf Tröster, und finde keinen«.

Hinzu kommt, daß Christi Sühneleiden sich in seinem mystischen Leibe, der Kirche, erneuert, sozusagen fortsetzt und zu Ende auswirkt. Denn, um wiederum Worte des hl. Augustinus zu gebrauchen: »Christus hat alles gelitten, was er hatte leiden müssen; am Vollmaße seines Leidens fehlt jetzt nichts. Also die Leiden sind erfüllt; aber am Haupte. Es fehlten noch Christi Leiden an seinem (mystischen) Leibe«. Das wollte gelegentlich auch Christus der Herr klarmachen: »Noch immer brannte Saulus von Wut und Mordbegier gegen die Jünger des Herrn«. Da sprach Jesus zu ihm: »Ich bin Jesus, den du verfolgst«. Hiermit gab er deutlich zu verstehen, daß in den Verfolgungen gegen die Kirche das göttliche Haupt der Kirche selbst befehdet und gequält wird. Christus leidet heute noch in seinem mystischen Leibe; er sehnt sich deshalb mit Fug und Recht darnach, uns mit seinem Sühnen verbündet zu wissen. Das gleiche fordert geradezu unsere Verwandtschaft mit ihm: Wir sind »Christi Leib und, als Teile (betrachtet, seine) Glieder«; jedes Leid des Hauptes müssen mit ihm alle Glieder leiden.

Quantopere autem huiusmodi expiationis seu reparationis necessitas hac nostra potissimum aetate urgeat, nemini non manifestum erit, qui, ut initio diximus, hunc mundum »in maligno positum«, oculis animoque perlustraverit. Undique enim gementium ad Nos populorum clamor adscendit, quorum principes vel rectores vere adstiterunt et convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Ecclesiam eius. Per regiones quidem illas iura omnia divina et humana permisceri cernimus. Templum deiici atque everti, religiosi viri ac sacrae virgines e suis aedibus deturbari et conviciis, saevitiis, inedia, carcere affligi; puerorum ac puellarum greges e gremio Ecclesiae matris abripi atque ad eiurandum Christum et blasphemandum, ad luxuriae pessima crimina induci; christianorum plebs universa, exanimata vehementer ac disiecta, perpetuo in discrimine aut defectionis a fide aut mortis vel atrocissimae versari. Quae profecto tam tristia sunt, ut per eiusmodi eventus praenuntiari iam nunc ac portendi dixeris »initia dolorum« illa, quae allaturus est »homo peccati extollens se supra omne quod dicitur Deus aut colitur«.

At magis etiam dolendum, Venerabiles Fratres, quod inter ipsos fideles, sanguine Agni immaculati in baptismo ablutos gratiaque locupletatos, tot inveniantur cuiusvis ordinis homines, qui incredibili rerum divinarum ignorantia laborantes et falsis doctrinis infecti, vitiis irretitam procul a domo Patris vitam traducant, quam nec verae fidei lumen collustrat, nec spes futurae beatitudinis delectat nec ardor reficit fovetque caritatis, ut sedere in tenebris et in umbra mortis vere videantur. Praeterea inter fideles ecclesiasticae disciplinae veterumque institutorum percrebrescit incuria, quibus vita omnis christiana nititur, domestica societas regitur, coniugii sanctitas munitur; neglecta prorsus aut mollioribus depravata blanditiis puerorum institutio, et vel adempta Ecclesiae iuventutis christiane educandae facultas; christiani pudoris in vita cultuque praesertim muliebri lacrimabilis oblivio; fluxarum rerum effrenata cupiditas, civilium rationum immoderatio, aurae popularis captatio exlex, legitimae auctoritatis detrectatio, denique verbi Dei contemptus, quo fides labefactatur ipsa vel in proximum discrimen adducitur.

Heutzutage drängt sich die Notwendigkeit solcher Buße und Sühne handgreiflich jedem auf, der gemäß unserem Eingangswort mit Auge und Gemüt die Welt von heute prüft, wie sie „in der Gewalt des Bösen liegt“. Von allen Seiten gellt an Unser Ohr das Weherufen von Völkern, deren Fürsten oder Führer sich wahrhaftig verbündet und verschworen haben wider den Herrn und wider seine Kirche. In jenen Landstrichen beobachtet man, daß alles göttliche und menschliche Recht verwirrt ist. Da werden Kirchen niedergerissen und zerstört, Ordensgeistliche und Klosterschwester aus ihrem Heim vertrieben und mit Spott, Roheit, Hunger, Kerker bedacht; Scharen von Knaben und Mädchen aus dem Mutter Schoße der Kirche weggeraubt und obendrein dazu verführt, Christum abzuschwören und zu lästern, verführt zu schlimmen Unzuchtstünden; das ganze Christenvolk, atemlos geheßt und versprengt, schwebt in ständiger Gefahr, entweder vom Glauben abzufallen oder eines harten Todes zu sterben. Die Dinge sind wirklich so traurig, daß man gesagt hat, mit solchen Vorgängen kündige und zeige sich jetzt schon der „Anfang der Wehen“ an, die „der Mensch der Sünde“ bringen wird, „der über alles sich erhebt, was Gott heißt oder Heiligtum“.

Aber noch mehr zu beklagen ist es, ehrwürdige Mitbrüder, daß sich selbst unter den Gläubigen, die in der Taufe durch das Blut des unbefleckten Lammes abgewaschen und mit Gnade reich beschenkt sind, soviel Leute jeden Standes finden, die an unglaublicher Unkenntnis über Göttliches krank und sich von falschen Lehren haben anstecken lassen. Ihr Leben verstrickt sich in Sünde. Fern vom Waterhause tragen sie schwer am Leben. Kein Strahl von wahren Glauben leuchtet hinein. Keine Hoffnung auf kommende Seligkeit bringt etwas Freude. Kein Funke von Liebe gibt Trost und Wärme. Wahrhaftig, man sieht es ihnen an: sie sitzen in Finsternis und Todesschatten. Und weiter, bei den Gläubigen reißt immer mehr die Gewohnheit ein, sich um kirchliche Zucht und alte Ordnungen, die das ganze Christenleben tragen, die häusliche Gemeinschaft regeln, die Heiligkeit der Ehe schützen, nicht zu kümmern. Kindererziehung wird vernachlässigt oder vor lauter weichlichem Getue um ihre Kraft betrogen; der Kirche wird sogar die Möglichkeit genommen, die Jugend christlich zu erziehen. Es ist zum Weinen, wie man im Leben und, zumal unter Frauen, in der Tracht christliches Schamgefühl vergißt. Hier nach Flüchtigkeiten

Hisce vero malis veluti in cumulum accedit cum eorum ignavia atque socordia, qui, dormitantium et fugientium instar discipulorum, nutantes in fide, Christum angoribus oppressum vel Satanae satellitibus circumventum misere derelinquunt, tum eorum perfidia; qui, Iudae proditoris exemplum secuti, aut temere et sacrilege de altari libant, aut ad hostium castra transfugiunt. Atque ita vel invitum subit cogitatio animum, iam propius adventare tempora de quibus Dominus Noster vaticinatus est: »Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum«.

Quae quidem omnia quotquot pie commentati erunt fideles, facere non poterunt, quin, Christi perdolentis incensi caritate, vehementiore studio suas aliorumque culpas expient, Christi honorem resarciant, aeternamque provehant animarum salutem. Et sane illud Apostoli: »Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia«, aliquo pacto ad hanc quoque aetatem nostram describendam accommodare licet; nam, aucta admodum perversitate hominum, mirifice item, Spiritu Sancto afflante, numerus fidelium utriusque sexus augetur, qui alacriore animo pro tot illatis iniuriis divino cordi satisfacere student, immo etiam se ipsos Christo victimas offerre non dubitant. Etenim quae usque adhuc memoravimus, si quis secum animo reputet amanter eademque veluti in medullis defixa habeat, fieri profecto non potest quin is non tam ab omni peccato tamquam summo malo abhorreat atque abstineat, quam se totum Dei voluntati permittat, et laesum divinae Maiestatis honorem, cum continenter orando, tum afflictationibus sponte susceptis aerumnisque, si quae inciderint, patienter toleratis, tum tota demum vita hoc expiationis studio exigenda, resarcire contendat.

Atque hinc exortae quoque sunt religiosas familiae virorum ac mulierum complures, quae ambizioso quodam famulatu diu noctuque personam quodammodo Angeli Iesum in horto consolantis gerere sibi habent propositum; hinc piorum hominum consociationes ab

räht alle Zügel schleifen. Weltliches überspannt man. Nach Volksgunst haßt man gewissenlos. Rechtmäßige Gewalt lehnt man ab. Das Wort Gottes schätzt man gering; und so bringt man den Glauben ins Wanken oder in die nächste Gefahr.

All dieses Elend aber machen einige zum Ueberfließen voll mit ihrer feigen Schaffheit. Im Glauben schwankend, lassen sie wie die schläfrigen, fliehenden Jünger Christum jämmerlich im Stich, indes er vor Angst erdrückt oder von Teufelsknechten umstellt ist. Und nun gar die Treulosigkeit bei anderen! Dem Judas schauen sie seinen Verrat ab. In gottesräuberischem Frevelsinn treten sie an den Opferaltar. Oder sie laufen ins feindliche Lager hinüber. So kommt einem unwillkürlich in den Sinn, die Zeiten seien jetzt im Heranrücken, von denen unser Herr geweissagt hat: »Weil die Bosheit übergroß geworden, wird in vielen die Liebe erkalten«.

Wer immer das gläubig und fromm überdenkt, der kann nicht anders: In brennender Liebe zu Christus, dem Schmerzensmann, Christi Ehre wiederherstellen, das ewige Heil von Seelen fördern. Der Apostel sagt: »Als die Sünde sich gehäuft hatte, da ward die Gnade noch viel mächtiger«. Dieses Wort paßt recht wohl zu dem Bilde unserer heutigen Zeit. Es ist freilich die Verkehrtheit der Menschen hoch angewachsen. Gewachsen ist aber auch wunderbar unter dem Wehen des Heiligen Geistes die Zahl der Gläubigen beiderlei Geschlechts, die mit der ganzen Schwungkraft ihrer Seele dem göttlichen Herzen für die vielen erlittenen Unbilden genugtun wollen, ja sogar ihr eigenes Ich ohne Zaudern Christus als Opfer hinschenken. Sinn einer mit liebender Seele nach über das, was wir bis jetzt sagten, und hält es tiefinnerlich fest, so muß er sicher dahin kommen, daß er sich mit Abscheu von jeder Sünde als größtem Uebel freihält. Dann wird er sich ganz Gottes Willen überlassen. Er wird sich zusammenraffen, um die verletzte Ehre der göttlichen Majestät wieder auszugleichen, durch ständiges Beten, besonders durch Abtötungen, die er freiwillig auf sich nimmt, durch Bitterkeiten, die ihm etwa kommen und die er geduldig trägt, und schließlich durch sein Leben, das er ganz unter diesen Sühnegedanken stellt.

Aus diesem Geiste heraus sind auch mehrere Ordensfamilien von Männern und Frauen entstanden, die sich als Ziel stecken, Tag und Nacht in werbefreudigem Dienen die Rolle des Engels zu übernehmen, der Jesum im Garten tröstete. Aus diesem Geiste

Apostolica item Sede approbatae indulgentiisque auctae, quae eandem sibi expiandi partem assumunt, idoneis religionis ac virtutum exercitationibus adimplendam; hinc denique, ut alia praetereamus, divinum honorem violatum reparandi gratiâ religiones inductae sollemnesque protestationes quas vocant, non modo a singulis christifidelibus, sed etiam a paroeciis, a dioecibus, a civitatibus passim usurpatae.

Quae cum ita sint, Venerabiles Fratres, quemadmodum consecrationis ritus, a tenuioribus exorsus initiis, latiusque deinde pervagatus, optatum denique cepit e Nostra confirmatione splendorem, ita huius expiationis seu piaer reparationis morem iam pridem sancte inductum sancteque propagatum, Nostra item apostolica auctoritate sanciri firmiter sollemniusque celebrari ab universo catholico nomine percipimus. Quocirca decernimus ac mandamus ut quotannis, in festo Sacratissimi Cordis Iesu, — quod quidem hac occasione ad gradum duplicis primae classis cum octava evehi iussumus — in templis omnibus, qua late patet terrarum orbis, eadem amantissimo Salvatori Nostro, iisdem concepta verbis, secundum exemplar quod hisce Litteris subiicimus, precatio piacularis seu protestatio, ut aiunt, sollemniter recitetur, qua et culpae nostrae defleantur omnes et iura Christi summi Regis ac Domini amantissimi violata resarciantur.

Non est profecto, Venerabiles Fratres, cur dubitemus, quin ex hac sancte instaurata religione, atque universae Ecclesiae imperata, multa ac praeclara bona non modo singulis hominibus, sed sacrae etiam et civili et domesticae societati obveniant, quandoquidem ipse Redemptor noster Margaritae Mariae spondit »eos omnes qui hoc honore Cor suum affecissent, caelestium gratiarum copia cumulatum iri«. Peccatores quidem »videntes in quem transfixerunt«, et totius Ecclesiae gemitibus fletibusque commoti, de iniuriis Summo Regi illatis dolendo, »redibunt ad cor«, ne forte in culpis suis obfirmati, cum Eum, quem pupugerunt, viderint »venientem in nubibus caeli« sero et frustra plangent se super Eum. Iusti vero iustificabuntur et sanctificabuntur adhuc, et servitio sui Regis, quem tam contemptum et oppugnatum, tot tantisque contumeliis affectum cernunt, novo se totos ardore devovebunt; sed imprimis studio salutis animarum provehendae flagrabunt, cum questum illum divinae

heraus wuchsen, vom Apostolischen Stuhle gleichermaßen bestätigt und mit Ablässen gesegnet, Vereinigungen frommer Seelen, die das gleiche Sühneamt auf sich nehmen und mit entsprechenden Übungen der Frömmigkeit und Tugend durchführen. Aus diesem Geiste heraus wurden, um andere zu übergehen, Andachten und feierliche Kundgebungen von einzelnen Christgläubigen, von ganzen Pfarreien, von Bistümern, von Städten weit und breit veranstaltet zu dem Zwecke, Gottes geschändete Ehre wiederherzustellen.

Ehrwürdige Mitbrüder! Die feierliche Weihe an das heiligste Herz ist aus recht zarten Anfängen hergekommen und hat sich dann immer weiter eingebürgert; ersehnten Glanz hat sie erhalten durch Unsere Bestätigung. Wir wünschen dringend, obige seit langem eingeführte und verbreitete Sitte der Sühneleistung aus dem Geiste des Glaubens möchte ebenso durch Unsere apostolische Autorität an fester Geltung und an größerer Feierlichkeit im ganzen Katholizismus gewinnen. Daher verordnen und bestimmen Wir, daß jährlich am Feste des heiligsten Herzens Jesu — das Wir bei dieser Gelegenheit zu einem Feste erster Klasse mit Oktav erheben — in allen Kirchen des weiten Erdenrundes ein gemeinschaftliches Sühnegebet mit dem beifolgenden Texte vor unserem lieben Heilande feierlich vorgebetet wird in der Meinung, daß wir unsere ganze Schuld bitter bereuen und für das verletzte Recht Christi, unseres großen Königs und lieben Herrn, schuldigen Ersatz leisten.

Wir können nicht zweifeln, ehrwürdige Mitbrüder, daß aus dieser fromm begonnenen und jetzt der ganzen Kirche befohlenen Übung nicht nur den einzelnen Menschen, sondern auch der kirchlichen, bürgerlichen und häuslichen Gemeinschaft viel schöne Werte erwachsen. Unser Erlöser selbst hat ja der Margareta Maria versprochen, »alle Verleher seines Herzens würden mit überreicher himmlischer Gnade bedacht werden«. Die Sünder werden, »ausblickend zu dem, den sie durchbohrt haben«, und, ergriffen von dem Stöhnen und Weinen der gesamten Kirche, die dem großen Könige zugefügten Unbilden bereuen und »es sich zu Herzen nehmen«. Es könnte sonst sein, daß sie sich in ihrer Schuld verhärten; sobald sie dann den, den sie durchbohrten, »auf des Himmels Wolken kommen sehen«, werden sie »wehklagen über ihn«, zu spät, vergebens. Die Gerechten jedoch werden immer mehr recht handeln und sich noch weiter heiligen; dem Dienste ihres

Victimae perpendere consueverint: »Quae utilitas in sanguine meo?« ac simul gaudium quod erit Sacratissimo eidem Cordi Iesu »super uno peccatore poenitentiam agente«. Atque illud praecipue optamus vehementer speramusque fore, ut ea divini iustitia Numinis, quae propter decem iustos misericors Sodomis peperisset, multo magis hominum generi universo sit parcitura, a fidelium communitate, una cum Christo Mediatore et Capite, omnium loco ac nomine precantur, suppliciter invocata et placata feliciter. Hisce denique votis inceptisque Nostris praesens arrideat Virgo Dei Parens benignissima, quae, cum Iesum nobis Redemptorem ediderit, aluerit, apud crucem hostiam obtulerit, per arcanam cum Christo coniunctionem eiusdemque gratiam omnino singularem, Reparatrix item exstitit pieque appellatur. Cuius Nos confisi apud Christum deprecatione, qui unus cum sit »Mediator Dei et hominum«, suam sibi Matrem adsciscere voluit peccatorum advocatam gratiaeque ministram ac mediatricem, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, vestrisque curis concredito gregi universo, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Maii anno MDCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI.

Königs, den sie so verachtet und befehdet, so oft schwer gekränkt sehen, werden sie sich mit neuer Begeisterung ganz widmen; vor allem aber werden sie von Seeleneifer entbrennen, weil sie immer wieder die Klage des göttlichen Opferlammes nachfühlen: „Was nützt mein Blut?“ und dabei auch die Freude des heiligsten Herzens Jesu „über einen einzigen Sünder, der sich bekehrt“. Herzinniglich sehnen Wir Uns nach dem Einen und hoffen Wir auf das Eine: Der gerechte Gott, der um zehn Gerechter willen Sodoma barmherzig geschont haben würde, er möge erst recht die ganze Menschheit schonen. Die Gemeinschaft von Gläubigen, die, Eins mit Christo, ihrem Mittler und Haupte, alle Menschen betend vertritt, möge mit ihrem demütigen Rufen das Glück finden, ihn zu verfühnen. Unser Wünschen und Beginnen möge die liebe Jungfrau und Gottesmutter huldvoll ansehen. Sie hat uns Jesum den Erlöser geboren, genährt, am Kreuze als Opfer dargebracht: Durch ihre geheimnisvolle Verbindung mit Christus und durch dessen ganz einzigartige Gnade wurde und heißt sie in frommem Sprachgebrauch „Vermittlerin unserer Veröhnung mit Gott“. Christus, der einzige „Mittler zwischen Gott und Menschen“, hat sich seine Mutter an die Seite geholt als Fürsprecherin der Sünder, als Verwalterin und Vermittlerin der Gnade. Im festen Vertrauen auf ihre Fürsprache bei Christus spenden Wir als Unterpfand der göttlichen Gaben und als Zeugen Unseres väterlichen Wohlwollens Euch, ehrwürdige Mitbrüder, und der gesamten, Eurer Sorge anvertrauten Herde liebevoll den Apostolischen Segen.

Gegeben zu Rom bei St. Peter, den 8. Mai 1928, im siebten Jahre Unseres Pontifikates.

Papst Pius XI.



(Ord. 7. 5. 1929 Nr. 5885.)

Vorstehendes Rundschreiben

des Hl. Vaters ist inhaltlich im Verlauf des Jahres den Gläubigen in der Predigt zur Kenntnis zu bringen. Dabei wolle besonders auf die Bedeutung und den Segen des Opfers und der Sühne für das christliche Leben hingewiesen werden. Das in der vorstehenden Enzyklika genannte Sühnegebet steht in der neuen Ausgabe des Magnifikat S. 764.

Freiburg i. Br., den 7. Mai 1929.

Erzbischöfliches Ordinariat.



